

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Predestinatio siue prouidencia diuina h
cum fonte primo

Obtineri nequaquam possunt que predestinata non fuerunt, sed ea que sancti uiri orando efficiunt, ita predestinata sunt ut precibus obtineant. Nam ipsa quoque perhennis regni predestinatio ita est ab omnipotente Deo disposita ut ad hoc electi ex labore perueniant, quatinus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare.

Gregorius in dialogo libro I.

Obtineri nequaquam possunt quae praedestinata non fuerint, sed ea quae sancti uiri orando efficiunt, ita praedestinata sunt ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni praedestinatio ita est ab omnipotente Deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante saecula disposuit donare.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri IV.*, 1, 8, 5 (SC 260, A. de Vogüé ed., p.74, ll.39-45).